

Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Æstiva - A Dominica SS. Trinitatis, ad Dominicam decimamquintam
post Pentecosten

Haineuve, Julien

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Feria 4. De pace procuranda cum salute. Pax in pugna.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44226

Iuram quam debes, non pervenias: aut eandem mensuram deceres, ex talis item cedas. Angusta quippe porta est que dicit ad uitam: Et ille hanc ingreditur qui in enclavis que agit, discretionis subtilitate, propter hanc felicitatem coactatur. Nam qui per voluntatem propriam securamente se dilataat, an-

*gusta sibi portas aditum damnat. Quid restat quam illud Christi probatum: Vos non intratu, nec intro-
euntes sint ut intrare. Adverte diligenter: Et noli Rom. 13.
alium sapere.*

*Vide in 1. parte, die 31 Decembris, Et in Com-
muni Confessorum Pontificum.*

FERIA QVARTA. DE PACE PROCVRANDA CUM SALUTE.

*Intrantes in domum, salutate eam, dicentes: Pax
huic domui. Math. 10.*

VERITAS PRACTICA.

Pax in pugna.

*RATIO EST. Quia pax est in subordinatione
partium.
Sed ista subordinationis non sit nisi pugnando.
Ergo pax in pugna: quod tamen pauci capiunt.*

I. PUNCTUM.

*D*IVINÆ Sapientiae divina hæc fuit adinventio, ut cum salute proximi promovenda, jungeter pacem. Cum enim negotiorum salutis sit valde asperum & difficile, non poterat illa cōdīcēti asperitas suaviori condimento quam pacis, quæ ab omnibus universim amatur & colitur. Tantum est pacis bonum, inquit S. Augustinus, ut etiam in rebus terrenis atq. mortaliis, nihil soleat gratias audiri, nihil se sit letabiliter concupisci, nihil postremo possit melius inventari.

Cum vero multiplex sit genus pacis, totum illud in pugna consistit. Quod certè mirum, cum potius pax ita videatur repugnare pugnam ut si sit pugna, tum pax sit; si pax pugna, delit pugna. Quamobrem è diligentius revolvenda est veritas quod magis involuta videtur.

Sic autem apertissime & brevissime declaratur: pax est subordinationis partium, quod diserte S. Augustinus exponit de omni genere pacis. Pax inquit, ista quilibet ordinis pax corporis, est ordinata temperatura partium. Pax anima irrationali, ordinata requies appetitionum. Pax anima rationali, ordinata cognitionis actioni & consensie. Pax corporis ex anima, ordinata vita & aliis animaliis. Pax hominis mortali & Dei immortali,

*ordinata in fide, sub eterna lege obedientia. Pax ho-
minum, ordinata concordia. Pax domus, ordinata
imperandi atq. obediendi concordia cohabitantiū.
Pax civitatis, ordinata imperandi atq. obediendi
concordia civium. Pax celestis ciuitatis, ordinatis-
simæ & concordissimæ societas fruendæ Dei, & in-
vicem in Deo.*

*De haec postrema pace non est hic quaestio, sed de aliis speciebus quæ ad triplex tantum genus referri possunt. Nempe cum Deo, Pacem habeauimus apud Deum per IESVM Christum. Deinde cum proximo: Pacem habete inter vos. Ac deniq; nobilicum: Pax Dei, quæ exuperationem jenissim Marii 9. cunctas corda vestra & intelligentias vestras in Christo IESY. De qua triplici pace sic apostolus & breviter S. Bernardus. Quia tentatio est vita hominum Prov. 4. super terram, meritis in terra homini, non gloria sed pax est querenda: Pax cum Deo, Pax cum proximo, Pax cum seipso. Nonne tu vero gloriam magis quam pacem queris? Quid est quod saepius tecum & cum proximo turbat pacem, nisi quod queris gloriam? Itane vero hanc praefers paci? Nil tam adversum vere paci quam vana gloria, nam cum pax sit in illa subordinationis partium quæ supra descripta est, nil aliud agit gloria quam rectum invertere ordinem. Superbia corda cui extulit te, habitantem in scissura petrarum, exaltantem so-
lum tuum.*

II. PUNCTUM.

*A*T vero ista subordinationis seu ordinatissima subjectio partium, in qua triplex illa pax sita est, non sit nisi pugnando.

Cum enim semper naturalis sit repugnancia nostri appetitus cum ratione nostra, & rationis nostri cum rationibus proximi atq; ipsius enā

Dei

*Ser. 5. in
Feste omn.
Sand.*

Abdim.

De ordinantis quae nobis difficilia intellectu, & dura operatu videntur; nunquam subiectur appetitus rationi aut ratio Deo nisi valide cum gratia expugnentur. Nunquam vero ita expugnatur, ut non sit semper aut sepe contra pugnandum, neque enim naturalem difficultatem omnino tollit gratia; sed nos iuvat & confortat ut pugnemus & vincamus. Quis enim neget Apostolum omni abundasse gratiam? Quis autem hec faciat quamam simili difficultatem & repugnantiam tenuerit, cum ipse aperiatur est: Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis mea, & capti: tantum me in lege peccati que est in membris meis. Infelix ego homo, quia melius abit de corpore mortalium kuius! Gratia Dei iesu Christi filii Dominum nostrum. Non quidem ut non sentiat legem illam membrorum repugnarem, neque ut non contra pugner, sed potius ut pugnam illam generosam fulcipiat, & gloriore perfruatur. Sic enim ille alibi: Egrediatur sic curro non quasi in iniumentum sit pugno non quasi aerei verberans, sed iuste corpus meum & in servitudo redigo, ne forte cum aliis predicatorum si se reprobue efficiar.

Coloss 3:1. A que ut omnibus innotescat sis esse decetrandum, sic omnes adhortatur: Mortificare ergo membrorum vestrum que sunt super terram, id est quae tentant sapientem non celum, quae deorsum in terram nos abipiunt & a divinis avocant; seu quae sunt super terram, hoc est, quādū terrenū hoc corpus geritis: sic enim de his & aliis similibus Apostoli verbis, S. Augustinus: Milites Christiani apostolica tuba ista sonitus ascendit in prælulum bellum in quo virtus, et stolidus & us acriter dimicamus, & hostes nostros mortificemus ne ab aliis mortificemur, accendit. H. sicut autem nostra opera sunt carnū que sunt fornicatio, immunditia, contentiones, emulaciones & similia. In hoc prælio aduersus carnaliter exercitium, velut aliam prodiet censaciem pro rituale: fructus spiritus est, inquit Charitas, Gaudium, Pax, Longanimitas, Benignitas, Bonitas, Fides, Mansuetudo, Continētia. Hec est adiutor continētia si opera carnū mortificentur.

Hec ad verbum S. Augustinus, qui & paulo' atque dixerat quod non est omittendum: Hanc pugnam non expertum in semper nisi bellatores virtutum, debellatoresque vitiorum. Non expugnat concupiscentia malum nisi continentia bonum. Sunt autem qui legem Dei omnino ne scientes malum concupiscentias nec in hostibus depositant, eisque misericordia castitate servientes in superioriam beatitudinem pugnare fortando ea potius quam domando. Nonne tu existis es? An ita pugnas ut domines? Si quid!

sunt te repugnans quod non domes, dominatus tui, nec satis pugnas: Cessaverunt fortes in Israhel Iud. 5. & quieterunt; quiete scilicet virtuosa & probatoria.

III. PUNCTUM.


SIC Pax ergo in pugna; quatenus ad hibendam spacem cum Deo, cum proximo, & nobiscum subiecta est concupiscentia rationis & ratio gratiae: neque perfecte possit illa subiectio fieri nisi expugnatur inferius quod superiori resistit, & tandem expugnatur, quando resisteret. Nam si resistens non expugnari poteret, & non esset vera pax, non esset tranquillitas ordinis, non esset interior subordinata superiori: Non est pax impius dicit Dominus Deus.

A que hinc tria dices ad proximum. Primum quod ille per pacis bonum sit tam eximium, ut ex S. Augustino & ex ipso sensu percepitur, pauca tamen illud habent, quia pauci secuti pugnant. Viam ratus non cognoverunt, non est timor Deian. P. 13. Secundum est, quod si quem doceat pacem, doce illam pugnam sine qua nulla pax: doce pugnandi modum suavem & forte. Christo confixus sum cruci. Tertium, ut efficacius doceat & persuaderet possit, ut ipse tecum sic pugna ut, quantum fieri potest, pacem habebas enim omnibus, pacem sinceram & solidam, Christi compage firmatam. Et pax Christi exultet in cordibus vestrum, Beatus erit, id est, triumphet, palmarum & premium ferat in pugna. Quasi diceret, multa quidem occurrunt quae impedit ad hanc pugnam, sed bonum pacis prævaleat omnibus illis occurrentibus; & ad illud obtinendum bene positus pugnab labor eredatur, non modo quia bonum hoc præstat carceris temporalibus bonis quae ab hac pugna nos revocant; sed quia bonum est ipsius Dei cuius in animis nollus locus tantum in pace.

P. 75.

factus est.

Vide in 1: parte, Die 9 Jan. & passim Verbo
Pax, Libertas.



FERIA